



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

6. An Declaratoria in cursione in censuras latas contra N. sit valida? Et multa adducuntur pro defectu citationis in prædicto casu. Et infertur, quod ab incursione censurarum excusat ignorantia ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

men confessus, ab eo absolvi vellet, & Ecclesie satisfacere, profecto excommunicari non poterit, cum potius tunc absolvi deberet, si antea excommunicationem incurrisset, juxta *cap. quafronte de appeli. Con-* firmatur ex eo quod censura hæc actualiter non a lege feratur, sed ad hominem, idcirco legis monitio præcedat saltem ordinariæ, & nisi aliud causæ gravitas, seu necessitas requiratur. Ergo, &c.

8. Advertendum est tamen, quod etiam stando in prima opinione iudex talem reum non poterit excommunicare sine citatione, dando ei terminum ad allegandum pro se. Ita Soto *d. 22. quest. 2. art. 2. in 2. concl.* quod adeo verum est, ut etiam quando lex excommunicat ipso facto, non possit iudex declarare excommunicatum transgressorem sine citatione, ut docet Philip. Decius *cap. pervenit el. 1. de appellat. Navarr. cap. 27. num. 10. & lib. 5. co. 1. tit. de sent. excom. conf. 10. n. 4.* & alij multi, quos refert & sequitur Covarr. *n. cit. circa finem*, nisi delictum esset notorium, pro qua limitatione facit quod tradit ipse Covarr. *ibid. num. 6. vers. & hæc quidem.* Eandem ponit Navarr. *conf. cit.* & adeo verum est requiri citationem ad declarandum transgressorem incurrere excommunicationem juris ipso facto impositam, ut si aliter fiat, declaratio sit nulla. Ita tenent multi Doctores quos refert & sequitur Covarr. *ibid. num. 5. & Navarr. conf. citato.* Et hæc omnia docet Avila *ubi supra concl. 2.* cui adde Bonacinam in editione novissima loco citato.

RESOL. V.

An censura sine trina monitione non solum sit illicita, sed invalida?
Et in textu hujus Resolutionis multa discutuntur pro firmanda doctrina supra dicta questionis. Ex part. 5. tract. 9. Resol. 19.

§. 1. **R**espondeo negativè. Vnde quamvis iudex peccet excommunicando in casibus non permixtis sine trina monitione, aut una pro trina, nihilominus censura ita lata valida est, dummodo, aliqua monitio etiam simplex præcesserit. Et ratio est, quia hæc trina monitio non est inducta à jure, ut quid substantialis pertinet ad essentiam censuræ, sed solum ut quid accidentale pertinet ad solemnitatem, ut facile colligitur ex *cap. sacro, de sent. excom.* ubi supponitur excommunicationem latam sine trina monitione posse esse justam, quamvis iudex eam ferens sit dignus poena, sed non posset esse justa, si esset nulla & invalida. Ergo: & nota quod in *cap. Romana, de sent. excom. in 6. censuræ* sine competenti monitione late dicuntur injustæ, non obstante quod in *cap. sacro, de sent. excom.* dicantur justæ, quia sunt iniquè datæ, & contra legem, quæ præcipit ferendas esse præmissa canonica monitione; cum quo tamen stat quod possint interdum non esse contra justitiam commutativam, vel distributivam, & ex hac parte possunt appellari justæ, ut vocantur in dicto *cap. sacro.*

2. Notandum est tamen hic primò, quod unaquæque harum trium monitionum aliquo dierum intervallo fieri debet, nisi periculum sit in mora, vel aliqua justa causa arbitrio iudicis pensanda. Secundo necessitate urgente posse licite trinam monitionem, aut unam pro trina omitti, ut in casu, quo Clericus subito à iudice seculari ad ultimum supplicium deferretur, & jam non executio instaret, posset tunc & deberet talis iudex ab Episcopo excommunicari ipso facto sine prævia monitione trina, aut

Tom. V.

quæ tribus æquivalet propter tria temporis intervallo designata, quia si hæc expectanda forent, interim Clericus interficeretur, & irrideret Ecclesiastica potestas, quod intelligendum est, modò pars aliqua futuri temporis etiam designata, quæ saltem ad deliberandum sufficiat, iudici seculari concedatur. Tertio, dictæ monitiones debent fieri coram personis idoneis, ad testificandum si opus fuerit. Quarto debent fieri in propria persona ejus, qui est censura ligandus, licet hoc in aliquibus casibus non sit necessarium. Et de his omnibus supradictis vide Fabrum *de cens. in 4. sent. dist. 25. qu. 1. disp. 4. cap. 1. num. 75.* Bonacinam *de cens. disp. 1. qu. 1. punct. 9. num. 6.* Cornejo *in 3. part. tr. 5. de cens. in genere, disput. 5. dub. 2. per totum Villabos in summ. tom. 1. tr. 16. dist. 7. per totam.* Hurtado *de cens. in comm. diff. 19. & 20.* Coninch *de Sacram. disput. 13. dub. 9. n. 79.* Avilam *de cens. part. 2. cap. 5. disp. 1. dub. 7. & seq.*

3. Notandum est tamen hic contra Sayrum *de cens. lib. 1. cap. 12. num. 23.* male citantem pro se, Covarr. & Hugolinum, sine monitionibus censuram ferri non posse, etiam si ante monitiones constet de contumacia rei, ut si publicè asseveraverit cum juramento se monitionibus non paritum. Ita Suar. *de cens. disp. 3. sect. 10. num. 8.* & Cornejo *ubi supra.* Vbi etiam notat non posse subditum cedere juri monitionis canonicæ, ita ut non prævia trina monitione ligari possit per censuram.

RESOL. VI.

An declaratoria incursiois in censuras latas contra N. sit valida?
Et multa adducuntur pro defectu citationis in prædicto casu.

Et inferitur, quod ab incurfione censurarum excusat ignorantia moraliter vincibilis, & in aliquibus casibus ignorantia etiam crassa, & supina, dummodo non sit affectata.

Et docetur ignorantiam probari posse per juramentum; sed si jurare quis recusat, debet haberi pro excommunicato, &c.

Et asseritur Clericos, & Beneficiarios non amittere privilegium fori, etiam si se immisceant enormibus, & incedant in habitu laicali, nisi prius ter moneantur, & præcedat Declaratoria iudicis Ecclesiastici.

Et multa alia pro firmanda doctrina prædictarum questionum adducuntur, & tota doctrina est valde notanda. Ex part. 10. tract. 12. & Misc. 2. Resol. 4.

§. 1. **S**upposita veritate facti in scripturis impressis exhibita, assero primò, Declaratoriam incur-
fionis alicujus censuræ à jure latæ sine prævia citatione esse nullam. Ita Cornejo *in 5. par. D. Thomæ, tom. 2. tr. de cens. in gen. disp. 5. dub. 2. quest. 6.* Avila *de cens. par. 2. cap. 5. disp. 1. dub. 5. concl. 2.* & alij Iurif-consulti, & Canonistæ, quos ad satietatem adducit Chartatius, in *decis. Crimin. 61. num. 22.* assero secundo, in declaratoriam excommunicationis illegitimam minime producere effectum; ne constitutur eum in mora, tanquam nullam ex capiti. *Gratum de offic. deleg. capit. Bone, de elect. Glossa in capit. in jus vocetur;* & inter illos Ludovicus Messia in *l. Regiam Toleti part. 10. fund. 1. numero 24.* Cabedo *par. 2. decis. 15. num. 13.* Carlevalius *de Iudiciis, disp. 2. quest. 7. sect. 3. num. 379.* Giurba, *conf. 48. num. 45.* Daniel de Nobilibus in *Select. contr. Sacri & civilis juris, disp. 1. num. 32.* Io Zangerus *tr. de excep. par. 2.*

A 2 cap. 3.

Sup. hoc
quarto in
Ref. seq. §.
2. à lin. 4.

Sup hoc sup.
in Ref. 4. §.
ult. à lin. 3.

cap. 3. num. 35. Matthæus de Afflictis, decis. 369. numer. 16.

2. His positis, respondeo, declaratoriam censuram contra N. fuisse nullam ex defectu citationis iqualide. Probat, quia in causa gravi non sufficit citatio ad domum, sed debet fieri* personaliter ex leg. *Ignorare Cod. de Restitut. in integr. & co. q. 2. Innocentius communiter receptus in c. fin. de eo, qui mittitur in possess.* Felinus, in c. *Cum sit Romanus*, n. 13. de appell. Covarr. in c. *Alma. Mater.* part. 1. §. 9. n. 4. Gutierrez, in *Caus. Q. Q. lib. 2. c. 16. n. 15.* Menoch. de arbitri. Cent. 6. casu 541. num. 4. Quibus adeo omnino videndum Gratianum, in *disceptatione*, c. 1. 2. c. 53. n. 67. & in specie loquens excommunicatione asserit Salgaddus, de reten. Bull. part. 2. cap. 24. num. 12. debere ad excommunicationem præcedere citationem personalem.

3. Nec obstat dicere, quod sufficit citatio facta ad domū solitæ habitationis, si personaliter reus non invenitur, hoc referente Nuntio ex pluribus Doctōribus firmat Marius Antonius, *var. lib. 1. resolut. 58. numero 16.* & Ciarlinus *Rer. quatiid. tomo 2. capit. 148. numero 8. & seqq.* Non inquam hoc obstat, natalis doctrīna procedit, ut observat Spercellus, *tomo 1. dec. 48. num. 34.* Narbona *Recopil. lib. 2. tit. 4. lib. 60. Glossa unic. numero 7. ex cap. Quoniam §. Porro, ut lite non contestata, lib. 6. & tradit Glossa in cap. si Capitulo ver. factam, de concess. prebend. in 6. & alij communiter, quando reus dolose se abscondit, ne personaliter citetur: tunc enim citatio ad domum sufficit, ac si esset personalis. Et ideo individualiter pro casu nostro sic asserit Marcellus Vulpe in *Praxi Judiciali, capit. 1. num. 48.* Notandum est, quod nullo modo excommunicari potest is, qui fuit citatus domi, sed est citandus personaliter nisi antea probetur ad ejus notitiam citationem pervenisse: aliās sententia excommunicationis non valeret, nisi excommunicandus dolo latitaret, vel subterfugeret citationem personalem. Ita ille. Ergo cum in casu nostro N. dolose non latitaret, sed jussu superiorum causa muneris publici absens esset, ut Regius Fiscus protestavit, & petiit terminum competentem, ut dictus N. veniret ad se defendendum; sequitur necessarium, quod citatio facta in ejus domo nullius valoris fuit, nam personaliter in re tam gravi, ut probatum est supra, faciendā erat, ut de facto fieri poterat, dum N. esset reverfus intra terminum constitutendum ad Reverendissimo Domino vicario, ut Regius Fiscus poscebat.*

4. Confirmatur supradicta sententia pro casu nostro individualiter ex notabili, & celebri Glossa in *Clem. 1. de penis, verb. Quam cito commodè poteris*: ubi determinat, non debere Iudicem quemquam declarare excommunicatum; nisi prius eo vocato, viderit illum esse morosum præmissa super hoc summaria cognitione. Ita Glossa. Sed in nostro casu N. erat absens, & nihil scire poterat de citatione facta in ejus domo, cujus copiam satellites neque domi reliquerunt, imo quæsit præbere noluerunt, & tamen ut notat Regens de Vico in *Pragmat. Regni Sardinie*, tomo 1. tit. 9. capit. 9. num. 1. 6. & Puteus, de *off. 9. de dolo*, & *contumacia*: copia citationis est Parti tradenda: quod cum non fuerit executum; citationem omnino nullam esse, dici potest, & citatum non esse contumacem, ut ex Textu in cap. *Cum injure de Offic. deleg. cap. præterea de dilat.* & in *lege Prohibitum Codic. de jure Fisci*, lib. 10. & in *Clem. Causam*, de electione in fine, & in capit. 17. *quæst. 2. de confirmatione utili, vel inutili cap. penult.* & tradunt Specul. in *rit. de Citation. sub num. 27.* late Roman. *conf. 336. num. 7. & seqq.* ubi Add. Angel. *conf. 8. sub numero 2. vers. 2. quia*, Ancharan, in

Clement. 1. de Indic. col. 2. vers. *Et ideo clarum*, Vant. de nullis. ex defect. citat. num. 31. & 47. Matana de ordine Indic. part. 6. 1. membro Indic. num. 75. Gayl. pract. lib. 1. cap. 48. num. 7. Afin. in practi. §. 5. cap. 2. num. 30. quibus omnibus adde Dancilem de moribus in controvers. *Selectis iur. Sacri*, & *Civilis*, disp. 1. num. 8. Itaque ex his omnibus apparet apertissimè Reverendissimum D. Vicarium in tali casu non potuisse illum ut vult Glossa, tanquam morosum habere N. arq. invalidè ad declarationem condemnaturum processisse, dicendum est: quia allegata ejus absentia à Filco Regio, saltem debebat terminum competentem præbere, ut postea datus fuit, etsi intra illum non comparuerit, tunc tanquam morosum ut air Glossa poterat illum in centenas incidisse, ac clare

5. Nec supradictis obstat asserere, quod delictum
N. erat notorium; & quando delictum cui de iure
annexa est excommunication, notorium est, citatio
nulla requiritur, ut tener Abbas in cap. *Reprehensi-
bilibus* de appellat. num. 8. Bovius respond. ad consula-
rationes Pauli Serviti, part. 6. folio 105. Fagnanus in
defens. censur. Pauli V. folio 133. Theologi Religio-
nis Servorum in eadem materia, cap. 12. folio 281.
Ioannes Beltramus Guevarra in *Propaganda Eccle-
siastica libertatis* part. 2. §. 3. assert. 2. num. 48. *Aver-
sae censur. part. 2. cap. 5. disp. 1. dub. 5. conclus. 2. Ga-
cias in Polit. Regular. tom. 1. tractat. 8. difficul. 3.
dub. 2. punct. 2. num. 4.* Suarez de censur. diffus. 5. §. 1.
num. 20. Alterius lib. 3. diffus. 5. cap. 3. versus 3. dub.
9. Gayl. *Prætoricus observent. lib. 1. observat. 67. num.*
6. Maynardus de Privilegiis Ecclesiæ, part. 2. artic. 25.
num. 17. Layman lib. 1. tractat. 5. part. 1. cap. 6. num. 6.
& alij penes ipsos, unde Andreas, Magerus in *tract.*
de Advocacia Armata, cap. 8. num. 176. c. multis
firmat, quod in notoriis solemnibus juris relaxa-
tur.

6. Respondeo, enim sententiam horum Doctorum procedere quando cum facto notorio simul notorium est, factum illud nullam habere excusationem; nec Reus aliquid allegare posset, & ita docet Ioannes Solorzanus de *Indurium iure* tom. 2. lib. 1. capit. 27. numero 88. necnon heu quondam notum loannis Baptistæ Larrea in *allegat. fiscal. tom. 1. allegat. 5. num. 6. in fin.* quibus ade Petrum Antonium de Petra de *Potest. Principum*, capit. 27. numero 28. qui citat Glossam, Abbatem, Curtium & alios. Vnde loquens in materia censuraturæ, Genuensis in *Petræ Archiep.* cap. 23. numero 6. dicit quod secundum communem Doctorum opinionem declaratio excommunicationis debet fieri parte citata ad dicendum causam, quare non debeat declarari excommunicata; idque limitat procedere in excessu notorio, dummodo certum sit, non posse competere aliquid iustum excusationem: subiungens, semper esse tutius citare; quia multa dicuntur notoria, quæ non sunt. Hinc Hostiensis in *capit. Pereniti. extra de appell.* concludit, quod si factum est notorium; tamen non est certum, quod ab alio competat, vel non competat defensio, non potest fieri denunciatio excommunicationis, vel alia exequutio. Hoc requiritur citatio partis, et causæ cognitio. Hoc etiam docuit Castrensis *lib. 2. conf. 422. num. 2. Panor. lib. 2. Conf. 68. n. 4. & Calder. conf. 171. n. 1. vide etiam Caspensem in cur. Theol. tom. 2. tract. 2. diff. 2. sect. 2. n. 15.* Hurtadum de *excommunicat. diff. 3. n. 9.* Fagundez *part. 1. lib. 2. cap. 5. n. 12.* Sayrum de *conf. lib. 2. cap. 12. n. 18.* & me citato, Franciscum Nigram de *ordine celebrand. Missas. part. 7. §. 9. n. 19.*

7. Sed audiamus Castrum Palaum tom. 6. disp. 1. punct. 5. num. 1. ubi sic ait : Commisisti delictum cui est annexa censura : poterit ne declarare & denunciare

nunciare esse ligatum absque monitione: Respondeo poss. dummodo delictum publicum sit, & notorium, debet tamen delictum notorium esse, ut nulla tergiversatione celari possit, aut executionem admittit; alias ea declaratio illicita esset contra jus naturae, & iuridicum ordinem procedendi. Ita Palaus. Sed in casu nostro, de quo loquimur, licet esset notorium N. damnas ad mortem dictum assertum Clericum Beneficiarium; tamen non erat simul notorium ipsum nullam excusationem habere in sui defensionem. Ergo necessaria erat citatio ad declarandum in censuras incidisse, effectum ad ut ipse si causas excusantes in suam defensionem haberet, in iudicio posset illas producere; propterea factum praedictum N. habebat per quas necessario erat deveniendum ad declarationem, ut factum fuit.

8. Et primo quia ipse nunquam scivit dictum N. fuisse assertum Clericum; nec homo exterius, qui tantum per duos annos N. habitaverat, poterat, & tenebatur scire omnes Clericos N. Ergo ratione ignorantiae excusandus venerat ab incurfione censuræ: nam ab ipsa etiam liberat ignorantia moraliter vincibilis, & in aliquibus casibus etiam ignorantia crassa, & supina, dummodo non fuerit affectata. Et ita ex Sanchez, docet Franciscus Lugo, de Principiis moralibus, part. 2. cap. 4. quæst. 9. numer. 77. quibus addit Leonem, de Censuris, Recoll. 5. numer. 180. Villalobos, tom. 1. tractat. 17. difficultat. 11. numer. 3. Ciarlinum, contr. pers. tom. 2. cap. 55. numer. 9. Castrum Palaum, tom. 1. de 1. disp. 1. punct. 18. numer. 2. & omnino videndum Mezzollam, in Theolog. mor. tom. 1. c. 2. disp. 1. dub. 16. n. 2. 2. cam segg.

9. Confirmatur hæc doctrina variis exemplis, quæ videre poteris penes illustrissimum Praesidem Covarruviam, in capite Alma mater part. 1. §. 10. numer. 13. Chartarium, decis. Crim. 56. numer. 29. & segg. Et ideo pro te nostra dicendum est; si quis Clericum incedentem in habitu laicali, & sine tonsura, commanve nutriendem percussit, ignorans eum esse Clericum, probabilis est ignorantia; quia talis quis praesumitur, in quali habitu reperitur: nec ille percussor in sententiam excommunicationis incurrit. Sic tenet Glossa, & Turrecremata, in cap. si quis suadente 17. quæstione quarta, Angelus verb. Excommunicatio §. cas. 1. numer. 25. Tabiena, eodem verb. Excommunicatio §. cas. 1. numer. 21. Sylvester, eodem verb. Excommunicatio 6. numero 6. Leo de Cens. Recoll. 5. numer. 178. Sayrus, de Censuris libro tertio, cap. 27. numero secundo. Itaque ex his omnibus sequitur, necessarium N. cum ignorasset assertum Clericum N. minime in Censuras præsentas incidisse. Et talem ignorantiam probari posse per ejus juramentum, docet cap. Pastoralis de except. cap. si vero, §. 2. de sentent. Excommunic. Abbas in cap. cognoscetes numer. 9. de Confess. ubi Felinus, Abbas consil. 9. numer. 48. ubi, quod sic etiam probatur error; Menochius, consil. 389. sub numer. 22. libro quarto, Bursatus, consil. 181. numer. 5. 2. libro secundo, Gabriel, consil. 52. numer. 17. libro 1. latè Malcardus, de probat. concl. 881. numer. 1. & sequentibus, Gratianus, consil. 152. numer. 14. 15. lib. 2. Seraphinus, de privileg. juram. privil. 4. numero primo, & segg. & privil. 9. Olafus, decis. Pedemont. 71. numer. 25. & dec. 101. numer. 3. Azorius, Institut. moral. libro 1. capite 16. quæstione 1. Alterius de Excommunic. Bulla, disput. 10. lib. 5. cap. 4. folio 579. col. 1. circa finem. Bonacina, de pecc. disput. 2. quæst. 8. punct. 3. numer. 1; Grassius, decis. aur. part. 2. lib. 2. cap. 9. numer. 20. & 26. quibus adde Gabalium, Resol. Crim. cas. 199. numero 26. Vivium, dec. 305. numer. 11. Novarium, in Pragmaticis Regni Neapolitani, tit. de moneta, Pragm. 2. coll. 3. numero 11. Danielen de Nobilibus, in Selectis disputationibus Iuris Sacri, & Civiles disputatione 17. numer. 48. & Laurentium

Tom. V.

de Portell, in Respons. Regul. tom. 1. capite 27. numer. 3. Qui etiam ait, quod stante dubio, stabitur juramentum illius; & quod etiam praesumptio juris eliditur per juramentum in contrarium, ut habetur in cap. In tua, de eo qui in matrimon. accus. promittit, & Glossa, ibidem in fine Casus. Quod etiam novissime docuit, in part. 9. tr. 4. resolutione 42. & docent Leo, de Cens. Recoll. 5. numer. 105. asserens ignorantiam in foro externo probari juramento. Quod apertissime patet ex cap. Si vero 2. de sentent. Excommunic. ibi; vel si hoc dubium fuerit, (intellige, apud forum externum) propria manu dumtaxat praestiterit juramentum; quod cum esse clericum ignorasset; ubi Glossa, verb. Propria manu, subdit, soli Sacramento creditur, quando de Conscientia alienius dubitatur, vel quaritur. Si autem jurare recusabit, debet haberi pro Excommunicato, ut ibi in eodem Textu subdit summus Pontifex. Vbi Glossa, verb. noluerit. Subdit: Hoc ipso, quod jurare non vult, praesumptio est contra eum: in tantum, quod tanquam Excommunicatus vitabitur. Quæ omnia casum nostrum in terminis declarasse patet: Nam N. non solum non recusat jurare, sed se exhibet ignorantiam suam circa Clericatum dicti rei N. solemnem, & sacrosanctum juramento firmare. Ergo.

10. Secundò N. invenit dictum N. assertum Clericum Beneficiatum in habitu laicali cum armis rotatis brevibus, & oblongis, sine vlllo vestigio Clericatus: & talis habendus, & reputandus est quis, quali in statu fuit reperiendus; ut in specie tradunt Alexander, consil. 409. n. 9. lib. 6. Decianus, lib. 4. c. 9. n. 100. Vincentius de Franchil. dec. 189. numer. 6. part. 1. Menochius omnino videndus, tom. 10. consil. 912. numer. 4. & segg. & tract. de praesumpt. libro 6. praesumpt. 76. numer. 17. cum segg. & adest Textus expressus in cap. si Iudex Laicus, de sentent. Excommunicat. in 6. ubi sic habetur: Iustum est enim, ut ipse talis, qualem gestaret habitum, (quovisque appareat aliud praesumatur; & qualis is esse, cujus fert habitum, comprobatur. Ita ibi Pontifex facit commune axioma, quod Clericatus non praesumitur: ut notat Innocentius in cap. super his numero decimo, in fine de accusat. & docet Boërius, decisione 171. numer. 15. Aymon Cravetta, consil. 93. numer. 1. & alij. Imo unusquisque praesumitur laicus, & etiam in dubio; ut tradit Decius, consil. 152. numer. 6. cum aliis. His omnibus adde, quod dictus N. postquam captus fuit in habitu laicali, modo quo supra dictum est, cum postea in iudicium vocaretur, nunquam potestavit, se esse Clericum; nec vniquam postulavit Declaratoriam fori. Ergo damando illum N. ad mortem, nullam incurrisse Censuram dicendum est; cum nunquam de ejus prætenso Clericatu, nec leve quidem vestigium habuerit, sed semper invincibiliter ignoraverit.

11. Tertio licet ex cap. In audienda, cap. Contingit de sentent. excommunicat. cap. fin. de vita, & honest. Clericor. & cap. 1. eodem tit. in 6. asserant aliqui Doctores, Clericos, & Beneficiarios non amittere privilegium fori, etiam si se misceant enormibus, & incedant in habitu laicali; nisi prius ter moneantur, & præcedat declaratio Iudicis Ecclesiastici; & ita sentiunt Pereira, de manu Regia part. 2. cap. 26. numer. 12. Cevallos, de cognit. per viam violent. part. 2. quæst. 175. per totam, Torreblanca, in Pract. iur. Eccles. lib. 15. cap. 4. numer. 52. Auguianus, de legibus, lib. 2. contron. 15. numer. 18. & segg. Dicastillus, de Iust. lib. 2. tr. 1. disputatione 4. dub. 19. numer. 353. Garzias, in Summa Theol. moral. tr. 1. difficult. 3. dub. 2. punct. 2. numer. 17. Castrus Palaus, tom. 2. tr. 2. disputatione unica, punct. 6. numer. 5. Squillante, de Privileg. Cler. cap. 7. numer. 32. Suarez, contra Regem Anglia, lib. 4. capite 27. numer. 23. & segg. quibus adde alios 30. Doctores, quos citat, & sequitur Cartharius

A 3

rius

Quæ hic est
infra in tr. 2.
ref. 25. id §.
vlt. ad lin. 5.
& melius in
tom. 7. tr. 1.
ref. 19 §. 2.
& segg. & in
ref. 232 §.
vlt. post me-
dium, à verbi
quod igno-
rantia.

6 Tractatus I. De Excommunicatione,

Quæ nunc est in 9. et. 2. Ref. 161. §. 4. in fin. & late ibi in Ref. 109. & quæst. 24. num. 4. citat, & sequitur, ante illum adduxerat Bobadilla, in Politica, lib. 2. cap. 28. n. 95. in Glossa, l. B. Probatur hæc opinio ex cap. Perpendimus de sent. excommunicat. etc. cap. 1. de Apostatis, & ex cap. ex parte, qui est 23. in ordine de Priv. & ego ubi supra pro hac sententia cito præstantissimos Theologos, nempe Molinam & Reginaldum ex Societate, Coriolanum Cappucinum, & ex Prædicatorum Familia doctissimum Sylvestrum, cujus verba mirifice faciunt pro N. Sic itaque asserit, verb. excommunicatio 6. num. 7. Ego dico, quod prima opinio id est, Ioan. Andr. est verior, quia in casu cap. Perpendimus, Sacerdos fuit occisus per Iudicem. Nec obstat, quod ibi Pœnitentia imponitur, licet non incidit in Canonem, quia ut ibi dicit Glossa, est ad cautelam. Vnde hæc opinio est prædicanda, ubi Iudices Ecclesiastici sunt in puniendo negligentes, vel periculum in mora non patitur eos adire, vel enormitas facinorum poenam maiorem expetit, arbitrio bonorum, quam Ecclesia possit inferre: ut quia sunt publica, & scandalosa, & reipublicæ valde nociva. Et licet degradatio in enormibus prius regulariter requiratur, secus in casu expresso à jure. Adde primo, quod quia ratio, quare competit privilegium fori est professio, vel ordo Sacer, secundum Panormitanum, in capite 11. de for. compet. quantum ad hoc idem videtur iudicium de Clerico existente in Sacris, & de Apostata à Religione, cum æqualiter utrique prohibeatur regressus ad sæculum, quæ est ratio utriusque institutionis. Adde secundo, quod in neutro habet locum trina monitio, ubi de incorrigibilitate constat evidenter: ut quia fuerunt capti & fregerunt carceres, & sciunt Prælatos se insequi & huiusmodi. Hucusque Sylvester cujus verba videntur describere individualiter casum præsentem Clerici N. qui secundum Sylvestrum, & Doctores citatos, jam propter sua scelera enormissima amiserat privilegium Fori, nec cum ipso necessaria erat monitio, & Iudicis Ecclesiastici declaratio: sicut etiam individualiter asserit omnino videndus Menochius, tom. 10. consil. 912. Vnde apparet, hanc opinionem tantorum virorum autoritate fultam potuisse à Domino N. adduci in executionem, & sui defensionem, quod in censuram non incurrerit. Verum, quicquid sit de hac questione, & difficultate, circa quam video inter se Doctores acerrimè digladiari; existimo pro defensione D. N. non esse ad illam necessario recurrendum, quia ipse non damnavit ad mortem dictum N. ut Clericum, cum ejus Clericatum prorsus nesciebat: Sed illum tantum Laicum criminofum sibi subditum laqueo suspendit. Et ideo neque in Censuram Bullæ Cœnæ, neque in Censuram cap. Si quis suadente Diabolo, incurrisse dicendum est, & ita ego sentio, salvo, &c.

potest. Ex part. 9. tractat. 8. & Misc. 3. Refol. 21.

§. 1. Negativam sententiam in una Eldensi censuraturam docuerunt plures Advocati hujus Romanæ Curie, viri quidem docti, quos ego nominatim subscriptos vidi. Idem docuit Antonius Planes Canonicus Ecclesiæ Alnensis, in quadam allegatione impressa, quam approbarunt, & subscripserunt 30. Theologi ex Dominicana Familia, ex Societate Iesu, ac aliarum Religionum, cum doctis Fontanella, Xammar, & aliis luti consulis Barcinonensibus. Quia per actus irretractabiles illi solùm intelliguntur, in quibus per revocationem, quæ subsequi potest, non potest concedi restitutio executionem passo ad primævum illum statum, ut docet Alexander, in l. 4. §. Condemnationem, numer. 20. ff. de re iudicata, & ibi Iafon, numer. 24. Sed in excommunicatione per absolutionem plena consequitur restitutio: ergo, &c.

2. Sed ego de hoc casu interrogatus, non potui adherere supradictæ sententiæ, & illam acriter impugnavi, affirmativam docendo. Quæ aptè probatur: nam Concilium Tridentinum, sess. 14. capite 1. de reform. cum determinasset à sententia interlocutoria posse aliquem appellare, si continet gravamen irreparabile, quod per definitivam reparari nequit, consulta Sacra Congregatio, quam essent dicta gravamina irreparabilia, facto verbo cum Sanctissimo tunc Clemente VIII. respondit esse torturam, excommunicationem, & carcerationem, ut patet in decreto edito Romæ die 16. Octobris, 1600. quod per extensum apponit Piascius in praxi, part. 1. cap. 4. artic. 15. num. 6. Riccius, in Praxi, tom. 1. refol. 104. Barbosa, in Concil. Trident. sess. 13. cap. 1. num. 22. & Doctores infra citandi, quorum verba accipe, Leandrus à Múteja in 99. Regularibus, ad cap. 10. Regule S. Francis, quæst. 6. num. 10. [Solo puden apelar los subditos de la sententia definitiva, y no de las interlocutorias, sino fuesse tal el daño, y gravamen, que se le figurelle dellas, que no se pudiesse reparar por la apelacion de la definitiva: assi lo enseñan Peyrinis de Religioso subdito, tom. 1. quæst. 1. cap. 10. per primum dictum, §. Advertendum tamen, y Spathacio tract. 10. part. 4. capite 1. numer. 2. y se prueba, porque assi lo determino Pio IV. universalmente por la Constitucion, que empica: de salute gregis Dominici, la qual refiere Cherubino en el Bulario, tom. 2. in Pio IV. y lo ordeno tambien el Concilio Tridentino, en la sess. 13. c. 1. de reform. y la razon es, porque la tal apelacion seria frivola, y sin causa, pues el subdito apelando de la definitiva, se podria reparar del gravamen, luego no puede apelar de la interlocutoria, y si ya hiziere no ha de ser oido. Dixe: sino es que el gravamen no se pudiesse reparar por la apelacion de la definitiva, como son aquellos gravámenes, que por el mismo caso, que se los imponen à alguno, tienen luego su efecto, como la carcel, la descomunión, suspensión, entredicho, ò el tormento, de los quales es licito apelar, aunque se impongan por sententia interlocutoria.]

3. Peyrinus de Religioso subdito, tom. 1. quæst. 1. cap. 20. [Gravamina autem, quæ per appellationem à definitiva sententia reparari non possunt, sunt illa, quæ eo ipso quod sunt illata, suum sortiuntur effectum; v. g. carcer, excommunicatio, suspensio, interdictum, tortura.]

4. Prosper de Augustino, in Add. ad Summ. Bull. Quaranta, verb. Archiepiscopi auctoritas, numer. 20. l. K. [Gravamen irreparabile dicitur omnis actus irretractabilis ferens secum executionem in instanti ut excommunicatio, carceratio, tortura, & alia huiusmodi, quæ continent factum, quod infectum esse non

RESOL. VII.

An excommunicatio sit actus irretractabilis seu irreparabilis ad mentem Concilii Tridentini, sess. 13. cap. 1. de reformat?

Et explanantur, quamvis sint gravamina irreparabilia ex Declaratione Sacra Congregationis, facto verbo cum Sanctissimo tunc Clement. VIII. à quibus subditus possit appellare à sententia interlocutoria, & deciditur, quid sint excommunicatio, suspensio, interdictum, tortura, carceratio, & alia huiusmodi, quæ continent factum, quod infectum esse non